



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

De Reditv Ad Propria. Capvt XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

& eadem suis priuilegijs confirmare. Surgunt adhæc præsentēs vniuersi regni magnates, & vnâ cum fratre Hroznata ad pedes Regalis magnificentiæ procidentes, pro ipso supplicantes, cum ipso acclamantes, hoc ipsum Regem facturum, quod suadet pietas, & dicat honestas. Annuit Regalis munificentia petentibus, & petitis, & vniuersis bonis prædictorum piorum locorum, in spiritualem protectionem receptis, ea suæ sublimitatis priuilegijs roborauit. Agunt omnes ingêtes gratiarum actiones Regi, & Fr. Hroznatam, magno venerantur affectu; bonorum omnium auctorem Deum, vnanimiter glorificantes, qui seruos suos & in terra mirificat, & in cœlo gloriosè coronat.

DE REDITV AD
PROPRIA.

CAPVT XI.

VIR Deo deuotus, Frater Hroznata, voti compos, gratia Regali præuentus, inde venia petita, abscedit, conducen-
tibus ipsum maioribus regni, ad locum, in quo eum turba suorum equitum expectabat, & optantibus illi prosperum re-
rum

rum omnium successum. Quibus gratia referens equum ascendit, & itinerando processit. Deinde paululum progrediens, manus ad cælum extendit, laudans clementiam Saluatoris, quod in omnibus suis actibus misericorditer sibi dignatus est adesse, proinde orauit diutius cum lacrymis ut Deus quod bonum opus incepit, perducere ad finem dignetur. Et ita ad suum patrimonium se recepit, excipientibus eum cognatis, & amicis & habitum suum mirantibus, omnibusque præ gaudio flentibus, quod receperant eum sanum. Itaque in clauastro suo Teplensi cum iocunditate receptus in eodem Deo obsequebatur, & prælato sub obedientia Regulari. Præter hæc & alia opera, Deo placencia, quia nescit tarda molimina S. Spiritus gratia, imperante Ioanne Teplensi Abbate, in virtute sanctæ obedientiæ, licet inuitus & renitens, prædictorum claustrorum præpositus, & administrator effectus, in suo strenuè officio inuigilabat, humilitatis exemplo, obedientiæ promptitudine, patientiæ studio, intuentibus admirabilem, & imitabilem se præbendo. Tandem inimico humani generis, qui bonis actibus inuidet, discordia seminante, à prædicto Abbate, afficitur iniurijs, & contumelijs lacelli-

cessitur aded quod persecutioni patientie
 scutum opponens, priusquam contra bo-
 num obedientie aliquid attentaret, ma-
 luerit ad tempus ire cedere, & claustrum me-
 dia declinare, (habitum nihilominus reti-
 nens, & à Regulari non exorbitans disci-
 plina) donec amicorum copia, & cognato-
 rum suorum potentia, Abbatis prædi-
 cti tumida compereretur præsumptio.
 Postea ad claustrum honorificè reuocatus
 est, & receptus à fratribus cum iubilo.

QUALIA MIRACVLA IN
 VITA ET IN MORTE
 Hroznatæ contige-
 runt.

CAPVT XII.

NVnc ad huius fortis athletæ victo-
 riam, vitæ cursum, & finem simul-
 que miracula, quæ Deus magnificè est o-
 peratus, in vita & morte per ipsum, stilum
 vertamus, vt nihil nostræ desit narrationi
 per quod & Dei magnalia prædicentur, &
 sui electi Hroznatæ merita congruis laudi-
 bus extollantur.

Domina VVoyzlaua, de qua superius
 tractauimus, adhuc viuente & referente,

I.

alijf.